



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

X. Iac. Sadoletvs S.R.E. Cardin. Ambrosio Catharino Polito, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

pietatis & custodire ab ipso Deo crediti & commendati sunt. Sed grati animi nostri erga te declarandi alius dabitur locus. Maxima tibi occasio ut eandem tuam humanitatem requiram, quam erga me propensam sepe iam expertus sum. Albertus Pignora tibi quoque nomen propter virtutis & doctrinae excellentiam auditum esse arbitror, istuc venit, aditurus Regem auctoritate de causis. Hunc ego tunc fidei humanitatiq; diligentissime commendo. Amo enim hominem, idq; maiorem in modum. Nec solummodo, verum etiam admiro. Facile enim intelligo, id quae nobis non dubito confirmare, eorum qui ex ceteris nationibus doctrinae & litterarum nomine ad cognitionem meam perueniunt, neminem neq; doctiorem, neq; variis scientiis instructiorem, neque ornatiorem, quam hunc, mihi notum fuisse. Accedat Theologiae scientiam, qua mirabiliter est praeditus, ad eum conuenit, qui maxime sancti & salutare populo Christiano. Semper enim fidem catholicam, & ecclesiam Romanam nostram sacri & inuicta propugnacione, pluribus egregiis voluminibus effudit: ut hoc quidem nomine nosse illi esse plurimum debeat. Quocirca cum ita se habeat res, tuaque tibi huiusmodi homines propensa semper & benefica exiterit voluntas, te amplissime Turoni, & omnibus precibus rogo, ut hominem in fidem & patrocinium tuum receptum, tua apud Regem gratia, quae maxima est, foueas & tueare: atq; ad eam benignitatem, quam tua sponte illi esse praestiturus, aliquid quoque praerogativa causa addas, quo mihi facere nihil gratius potes. Illud tibi confirmo, si hominem hunc humanitate tua & liberalitate tua complexus: maximam gratiam ab omnibus iis, qui virtutem optimis artibus dediti sunt, in iurum te esse. Val. Capponensis, Idib. Nouemb. M.D.XLI.

X.

IAC. SADOLETVS S.R.E. CARDIN. AM-
 brofio Catharino Polito, S.P.D.

Non potui perferre diutius desiderium tui, quin sciscitarem, curae per litteras, quid ageres rerum, quomodoque valeres: quod tamen aequius fuerat me cognoscere ex tuis literis: tuaque in illis erga me benevolentiae habere testimonium: nec tamen meo me totum tibi ex animo affluxisse. Etsi enim habes patronum cuiusmodi, pra cuius ingenio, virtute, elegantia, nos tibi fortè habere visamur: tamen ut ille praestantia & grauitate dignitateque superbum te aduersum nos reddere potuit: sic humanitatem & comitate, qua singulari est praeditus, docere te debuit, non esse absentium amicorum memoriam deponendam. Sed

Z 2 iam

iam serio, mi Catharine: cupio vehementer audire quid agas. In studiis te esse arbitror: quod enim iam aliud tibi est negotium? Veruntamen si mihi aliquando indicasses, quae tibi opera essent in manibus, valde mihi rem gratam mediisfidius fecisses. Ego hinc quanquam familiaribus curis grauius implicatus, quam multa necesse habeo extricare, quae antea contraxi: tamen scribendi & elucubrandi curam non defero: volumenque contentum quod si Deo bene iuuante ex sententia processerit, non nihil esse arbitrabor esse actum: Habeo autem propositum argumentum, ut tu scias, de ordinibus & constructione catholicae ecclesiae reliqua iam tu nosti. Magna res est, meisque viribus longepositor: sed tamen quoniam semel suscepta est, non est per ignauitiam abiicienda. In tanta re vtriusque operis & consilio tuo cum opus fuerit. Nunc volui te fieri participem consilii mei, ut videres & animaduerteres, me ne in otio quidem otiosum esse posse. Otium potest esse vbi Roma non est. Sed haec haecenus. Tu ut me diligas, quousque admodum quidem soles, valetudinemque tuam diligenter teneas, id te etiam atque etiam peto. Vale. Carpent. V. Idibus Decembris. M.D.CXXXVIII.

XI.

IACOB. SADOLET. S. R. E. CARDIN. AMBROSIO Catharino Polito, S. P. D.

MAXIMA mea cum voluptate cum accepi librum, quem ad me de peccato originis misisti: in quo ut in inscriptione tituli que indicant, sunt & alia praecleara multa. Sed huius loci placet cognoscendi summa quidem cupiditate sum affectus. Itaque quanquam solennibus occupatisque diebus (hodie enim dominicae mortis memoria recolitur) tamen cum hac pauca scriberem ad te ante lucem, iam bonam partem disputationis tuae, notam legeram quidem, quam eram helluatus. Tantam titulus ipse in me legendi cupiditatem excitat, cum tuam praesertim laudationem scriptoris autoritas & doctrina mihi magnopere commendaret: & sancta omnia mirabiliter placebant. Sed ego ad aliam accuratorem & attentorem lectionem me referuo. Quod tamen haecenus perlectum mihi est, & subtiliter & perdocte mihi videtur scriptum. Tu quod facis, ut perpetuo facere possis, Deum immortalem quaeso, ut te diu nobis incolumem conferat: multa enim profecto tuo isto singulari ingenio, quae in obscuritate diu iacuerunt, poterunt illustrari. Vale.

& nos dilige. Carp. XXV. Apr.

1541.

IAC.